22 Ann. 4

[illegible] G. Ferraro, I vini d'Italia giudicati da P. Paolo III e dal suo [illegible] Cod. 2372 (Miscellanea) f. 35–45

Andreae, S. Blasii, Dariaeque, Chrysanti,
Papae Silvestri, Dionysii nec non Severi,
Honori, Stephani, Marci, Marcellique,
Tranquillini, Nicostrati, Caesarisque
Ac Aquilae, Nerei vel Achillei,
Vel Erasmi atque Catharinae ser Sanctorum quadragiuta, S. Caeciliae
Rufinae Zoesque, Sophiae.
Hae sunt Reliquiae quibus alumi fit locus iste
Nec non multorum nescimus nomina quorum.

(In Trastevere nahe bei S. Cecilia. M. Kirche jetzt nahe ein Garage worden, wird [illegible] jetzt als Werkstatt [illegible] ist jetzt [illegible]) **S. Maria ad Pineam** ora in Capella Martinelli p. 200.

† Anno Domini MXC Ind. XIII. mense Martii die XXV. Dedicata est haec ecclesia S. Mariae ~~mense Martii~~ quae appellatur ad Pineam per Episcopos Ubaldum Sabin. et Joannem Tusculanensem tempore D. Urbani II. Papae, in qua sunt reliquiae ex vestimentis sanctae Mariae Virg. Reliquiae Petri Apostoli, Cornelii Papae, S. Callisti Papae, Felicis Papae, Hippolyti mart., Anast. mart. Melix(?) Marmeniae mart.
Da Damaso vitam post mortem Christe redemptor.

S. Matteo in Merulana Martinelli p. 257.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen.

Anno Incarnat. Dominicae MCX. Indictione III. Fer. VI. Quartae dominicae in quadragesima die incarnationis eiusdem D. N. Jesu Christi, Pontificatus ~~autem~~ D. Paschalis Papae II. Anno XI.

Dedicata est venerabilis haec ecclesia in honorem Dei B. Mariae semper Virg. et B. Apostoli et Evangelistae Matthaei cum quattuor Altaribus quae sunt in ea. Quae consecratio facta est a praefato Domino et venerabilissimo Pontifice Paschali secundo Papa. In majori siquidem Altari celebravit idem D. Papa Missam in honorem B. Matthaei. Coadjutores vero eius fuerunt septem, videlicet Ragnerius de Ostia, Riccardus de Portu, Petrus de Tibure, Julianus de Ferentino, Anastasius de Albo, Petrus de Tusculano, Antonius de Amelia, praesentibus omnibus S. R. E. Cardd. Presbb. et Diaconibus, nec non innumera Cleri et Populi Romani multitudine. In majori autem Altari consecrato a praefato D. Papa, cui etiam praefati Episcopi astiterunt, fuerunt hae reliquiae collocatae. Et primo de ligno sanctae Crucis, brachium sancti Matthaei, de lapide sepulcri Christi, de pane hordaceo(?) de reliquiis vestimentorum Petri et Pauli. Item de reliquiis sancti Andreae, sanctorum Dionis Cosmae et Damiani, Marcelli Papae, Juliani, Florentii, Callisti Papae, Alexandri Papae, de crate sancti Laurentii nec non de reliquiis multorum sanctorum martyrum, quorum nomina licet a nobis ignorentur scripta, tamen sunt in libro vitae et ego Paschalis Papa universalis Ecclesiae cum praefatis Episcopis has sanctorum reliquias oculis propriis vidi, manibusque meis attrecta